

EGENPESCH

1663





3.

CASTRUM DOLORIS

VIRO

MAXIME REVERENDO GENEROSISSIMO ET
PER-STRENUO

DN. JOHANNI
GEORGIO à PONICKAU,
IN Pombßen / Nauenhoff / ET Schönb
born / ETC. SERENISS. SAXON. ELECTORIS
CONSILIARIO, CAMERARIO, EPISCOPATUS ET
QUÆSTURÆ WURZENSIS AC MUGLENSIS CA
PITANEO REDITUUM PROVINCIALUM PRÆFECTO
SUPREMO ET DECANO MISNENSI
FAUTORI AC PATRONO DESIDE
RATISSIMO

IV. CALEND. MAI. AD M DC LXIII.

PIE DEFUNCTO

POSITUM

AMICIS ET ^{AB} CLIENTIBUS.

LIPSIAE,

LITERIS CHRISTIANI MICHAELIS.

libri V



Ver brumam sequitur. Mundana quid omnia? Bruma.
Quid polus? In cœlis tempora veris eunt.
Gratulor ergo Tibi post tædia tanta secutum
Vermundi brumam, Vir Generose, Poli.

Johannes Michaël, Phil. & Med.

D. Therapeutic. P. P. Facul. Med.
Decanus, Utr. Collegii Principium Colle-
giatus, Academ. Decemvir Nationis Sa-
xonic. Senior, Archiater Saxo-Alten-
burgicus, p. t. Rector. Magnif.

Ut rosa verna fugit, ventis afflata nocivis,
Sic, quæ sunt mundi, quæq; caduca putes.
Sæpiùs ore pio, qvod sint *vana omnia*, qvestus.

Exemplo proprio, vera putasse, probat.

Qvem genus & virtus, honor ac opulentia, fama,
Condecorare, virum mors inopinane necat.

Hinc sprevisse decet terrestria, vanaq; mundi:
Exoptare juvat, quæ bona fine carent.

Qualia Jova piis, ingressis cœlica tempe,
Vere novæ vitæ proveniente, dabit.

Lipsiæ scribeb. ultimi
honoris g.

Mart. Geier D. Superint.
p. t. Decauus.

STemmatis antiqui & generis splendore coruscans
Grande decus, veræ nobilitatis honos,
(Nomen habet Gentis Bonikau) dum sustinet ampla
Pro patriâ, versat cura q; multa virum:

Vidit

Vidit ab axe Deus tantos tolerare labores,
Qvin tandem his vinctis ille levator, ait.
Protenus exuitur mortali sanguine cretus
Induviis, vitæ non moritura capit
Semina, translatus subito novus incola cœli
Quod fuerat modò, nunc ridet, inane sui.

Ex condolentia debita
scribebat

Daniel Heinrici D. P.P. Theo-
logus Primarius, Consistorialis
Lipsiensis, & Canonicus Mis-
nensis.

O Men inesse solet, terræ cecidisse Columnas,
Psalmographi sacri dia Thalia canit.
Quem genus & genius, gens & mens alta locabant
Interpræstantes nobilitate viros,
APONIKAU, patriæ & generis fortissimus Atlas
En cadit, ante dirm quando obit Ipse diem.
Hâc nitebatur res publica priva Columnâ
Misnidos Hujus erat salva salute salus.
Electoralis gemit aula, cathedra Misnæ,
Cancelli, Cameræ, villa, nemusq; gemunt.
Flent Musæ addictum, Charitesq; dolore rigentes
Pro lachrymis stillant succina dura fuis.
Ast DECUS EXIMIUM fuit HOC: meminisse relictum est
Nobis, jacturam hanc nec statuisse levem.
Interea carum spirabit balsama nomen,
Splendida Nobilitas Misnica donec erit.

Patrono suo desideratissimo supremi hono-
ris ergò fundebat Lipsiæ

Hieronymus Cronmayer S. S. Th.
D. Prof. P. Facult. Theol. Subsenior,
cathedralis ingenuæ Misnensis Ca-
nonicus, Acad. Decemvir.

Plebem nobilibus Mors, sceptraligibus, æquat:
Et sua qvemq; dies & sua fata manent.
Sola facit Virtus discrimin famaq; constans:
Quæ PONIKAVIO nempe Perennis erit.

Gottfried Welsch/Phil.& Med. Doctor,
Facult. Med. Senior, Patholog. Prof. Publ.
Maj. PP. Colleg. Collegiatus, Acad. De-
cemvir, & Reip. Patriæ Physicus.

M Agnum Saxonie lumen, decus atq; columnna
Vivus eram; Generi gloria digna meo.
Ingenii præstantis eram majore politi
Usu Judicij ac dexteritate vigens.
Non potuit moles seriesq; immensa laborum
Frangere me Patriæ; Pectore major eram
Sepe ego me immenso subjici corde periclis,
Ut Misenæ staret publica tuta salus.
Sed curis Patriæ dum caræ inservio, totus
Consumor; Faceo hic, molliter ossa cubant.
Mortuus haud, vivo, qui mortuus esse putabar
Messuit ut vitam mors pia falce meam
Victa tamen vincant prostrataq; membra resurgant
Læta ad judicium, des bone CHRISTE, tuum.

Hec μνημοσύνης ἔνεκα
Nobilissimi sui Dn. Collatoris
defuncti adjiciebat
David Müller/Pastor
Pompsensis.

OCCUBUIT PONIKAU: [cessate expromere voces
Interea mœstas, nec resonante novas.]
OCCUBUIT: [voces ecqvid dolor intercludis,
Ne pariter binas evoluisse queam?]

Eheut

Eheu ! qvur periit nullō non tempore nobis
VIR MAGNUS, PONIKAU, Vir pietate gravis ?
Qvem Chorus atq; Forum lugent , qvemq; Aula reqvirit ,
Vix licuit fixum transiliisse diem.
OCCUBUIT : [repeto fatalia rursus abore
Verba] atqvi post hāc Dii meliora ferant !
OCCUBUIT PONIKAU : Sed mortuus ille putandus
Vix est, per cœlum nobile Nomen habet.

ισχεδ.

WOLFGANGUS THEODORICUS
a Wolgstädt/ EQV. THUR.

Madrigal.

Ze Galater die pflegten /
So iemand musste durch den Todt erblassen /
An solchen Freund ein Schreiben ab zu fassen /
Und wenn der Leib in Asche würd verwandelt /
Wurff man den Brieff zu des Verstorbenen Füssen /
Durch solches Ihn noch einsten zu begrüßen :
Ob haben diese recht / ob nicht gehandelt /
So wird doch jederman verläuben /
Dass die verwandte Danck nach schreiben
Dem Seeligen / dass Eugend Er verübet
Die Ihnen Ruhm und Ehre giebet.

G. D. V. W.



Induat in mæstam se terra benigna cupressum,
Nam gremiō Divus Vir capiendus erit,
Qui famæ monimenta aeterna relinquit in orbe,
Cùm Virtus nunquam præmia digna neget.
Ligna solent nunquam dissecta redire cupresi,
Verùm quem rapuit Mors homicida, redit.
Nam vox quando tubæ Christi resonabit olympō,
Tunc repetent vitam corpora nostra suam.
Ergo tristitiae maculas extergite quæso,
Nam faciem lacrymis quid lacerasse juvat?
Quem vobis substraxit Lex adamantina Mortis,
Tempora letitiae non pereuntis agit.
Non ultrà luctus præcordia vestra fatiget:
Gaudentem aeternum nenia nulla petit.

F.

J. à WR.

Was bleibt auff der Welt doch wohl beständig
stehn?
Nichts. Alles muß zuletzt / gleich Rauch und
Dampff vergehn
Was ikund schön florirt und Majestatisch prangt/
Fällt plötzlich und vergeht / weils nur an Haaren
hangt.
Reichthumb / Ehr / Schönheit auch / mag nicht stand-
haftig bleiben
Das Unglück und die Zeit pflegt endlich zuvertreiben
Die Eugend ist allein die höchstbelobte Zier
Wer selb'ge hat erlangt / der blühet stets allhier.
Das

Das hat auch wehl erkand / der längst Seelig' erblaste
Als er die Tugend liebt / die Laster aber haste.

Drumb lebt sein Nam auch hier / der Todt wird
nur verlacht

Weil ihm die Tugendbahn unsterblich hat gemacht.

Solches satte mitleidig
hinzu

Friedrich von der Schulenburg
Eqv. Misn.

Ach Jammer Noth und Pein ! Was soll ich erstlich
sagen /

Soll ich Hochedle Frau / Sie trösten oder klagē/
In den betrübten Stand ? Ach weh der grossen Noth
Die Sie betroffen hat durch Ihres Herren Todt.
Wir sehen (leider) wohl ! daß nun auff Ihrer Seiten
Den abgeseelten Leib die Freundschaft thut begleiten
Sie weine nicht zu viel / weil in den Wolcken - Zelt
Die nie - verwelkte Kron der Ehren ihm bestellt
Drumb wischt Hoch - Edle Frau die bittere Thränen -
Läugen /

Den milden Zähren - Fluß / aus den betrübten Augen /
Weil nun Ihr Edler Herr sitzt in des Himmels - Reich /
Und ist dem Gottes Sohn / und allen Engeln gleich.

Dieses wenige setzte Ihre vielgeliebter
Väther seiner liebsten aniso höchst - betrübten
Frau - Muhme zu sonderbahren Trost auff
Johann Friederich von Ponigkau /
Eqves Lusatus.

Vita quid est hominis? Labor atq; molestia summa
Contra quid mors est? Nil nisi grata qvies.
Sit labor in terris immensus; **VINC LABOREM**, Ponickau
Dulcior est reqvies, (crede) futura tibi. qvasi πό-
νον νικᾶ.
Inspice defuncti vitam generosaq; facta
Acceleravit opus strenuus ecce suum.
Quæris qui fuerint sudores? Lipsia novit,
Gallia non expers tempore Martis erat.
Præ reliquis verò Musarum & castra secutus
Ex libris petiit jura ferenda sibi.
Nec fuit in cassum sudor, SAXO ipse vocavit
Hunc ad se Dresdam, munia multa dedit,
Mirarer terris cur demserit ipse Jehova
ISTUM, succedat nî labor & reqvies.
Nec tamen immerito tristatur Misnia tota,
Luget & HOC LUMEN nunc obiisse sibi.
Sed qvia præcipue triste illud nobile stemma
Cerno, nunc, moneo, ponite tristitiam
Mortuus ut vivat, Nec mortuus; ecce qviescit,
Vivit & in GNATIS insuper ILLE suis,

Hoc lugens scribebat

Johann Caspar Pflaume/
LL, Stud.





Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt


urn:nbn:de:gbv:3:1-84309-p0011-8

DFG

MAXIME
DN.
GEORG
IN Pomb^s
born/ ETC. SI
CONSILIARIC
QVÆSTURÆ
PITANEO R
SUI
FAUTON

IV. CAL

A
L
ibi V



MO ET
INI
KAU,
Schön-
CTORIS
ATUS ET
SIS CA-
FFECTO